

*Luce**22. 37*

gladium. Dico enim uobis quoniam adhuc
hoc quod scriptum est oportet impleri de me.
et quod cum iniustus deputatus est. Et eim
ea que sunt de me finem habent. At illi dixe
runt. Domine. ecce gladii duo hic. At ille
dixit eis. Satis est. Et egressus ibat secundū
consuetudinem in montem oliuarum. Secu
ti sunt autem illum. et discipuli. Et cum p
uenisset ad locum. dixit illis. Orate ne intre
tis in tentationem. Et ipse auulsus est ab
eis. quantum iactus est Lapidis. et positus
genibus orabat. dicens. Pater si uis transfer
calicem istum. ame. Veruntamen non mea
uoluntas. sed tua fiat. Apparuit autem illi
angelus de celo. confortans eum. Et factus
in agonia prolixius orabat. Et factus est
sudor eius. sicut gutte sanguinis decurren
tes in terra. Et cum surrexisset ab oratiōe.
et uenisset ad discipulos suos. inuenit eos